

se denunciandum committit. Denique papa Innocentius
 in eodem concilio statuit octavam natiuitatis beate
 Marie virginis clericis et religiosis annuatim
 sa solempniter celebrare. Cr. Rinal.
 Tempore huius pape Lodo-
 wicus rex Francie cum christiano exercitu
 contra concilium domini pape transgressus,
 et fugientibus barbaris a facie eius, cepit et
 possessione pacifice habuit Samiatam. Postea
 in brevi tempore rex Francie a soldano Haby-
 lonie captus est, et cum exercitu totus dissi-
 patus et occisus. In eadem pugna frater huius
 regis, validus animo et corpore, cum ceteris
 occubuit. Rex autem Lodouicus pro redemptione
 sua dedit soldano centum milia marcarum ar-
 genti, et in ciuitate Samiata arua, tentoria,
 et varia preciosa, quos electos, alimenta christiano-
 rum Saraceni obtinuerunt. c. 429.
 Eodem autem anno
 cum rex Francie moraretur ultra mare, ubi cap-
 tus fuit, ad plurima dampna productus est, ve-
 nerunt congregati in regnum Francie apud
 Parisius viri scelerati, magi, malefici, furcs
 et latrones cum meretricibus, nominantes se
 pastores, dicentes se velle venire in adiutorium
 regi Francie ultra mare. Hi habuerunt capi-
 taneum magistrum nomine Iacobum, pastorem
 in pluribus libris scriptis. Ille fuit apostata Cister-
 censis ordinis sceleratissimus. Ille dicebat sibi
 diuinitus reuelatum, quod per solos pastores
 Terra Sancta deberet liberari. Ille publice
 in sanctam crucem predicauit, quod in ciuitate
 Parisiensi a clericis contradiceretur. Quia
 autoritate propria deberet homo crucem predi-
 care. Quidam ab eis clerici occisi sunt, tan-
 tumque fauorem et consensum Parisiensem
 civium suat adepti, ut plus crederetur eis quam
 clericis, nec clerici pre metu eorumdem auderent

apud Parisius 5.

hysc.